AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
Österreich, 12. Jh.
Seite 70v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26265
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Tractatus utilitatis.

Constat quod honestum et utile unum sit.

incidit. De hac igitur tractandum est utilitate
que sit plena honestatis sicut ipsis uerbis defini
uit apostolus dicens. Hoc autem ad utilitatem uestram
dico non ut laqueum initiam uobis sed ad id quod ho
nestum est. Liquet igitur quod honestum est utile esse.
et quod utile iustum et quod iustum utile. Neque enim
mihi ad mercatores lucri cupidine auaros.
sed ad filios sermo est. et sermo de officiis que
uobis elegi in ministerium domini inculcare ge
stio atque infundere. ut ea que mentibus ac moribus
uestris usu atque institutione inolita atque im
pressa sunt. etiam sermone ac disciplina aperiantur.
Itaque de utilitate dicturus. utar illo uer
siculo prophetico. declina cor meum in testi
monia tua et non in auariciam. ne utilitatis
sonus excitet pecunie cupiditatem. Deniq;
aliqui habent. declina cor meum in testimonia
tua et non ad utilitatem. hoc est questuum nundi
nas aucupantem. utilitatem illam usu homi
num ad pecunie studium inflexam ac deri
uatam. Vulgo enim hoc solum dicitur utile quod
questus uosum. nos autem de ea tractamus